

CONSILIORUM TUBIN-  
GENSIVM

Sive  
ILLUSTRUM JURIS  
RESPONSORUM ET  
CONSULTATIONVM.

De  
**IN SIGNIORI-  
BV SALIQVOT JV-  
RIS TAM PUBLICI QUAM  
PRIVATI, CIVILIS, CANONI-  
CI, AC MUNICIPALIS WVRTEMBER-  
GICI QVÆSTIONIBVS.  
VOLUMINA VI.**

Quæ majoriex Parte nomine Inclytæ Facultatis Ju-  
ridicæ, in illustri Academia Tubingensi conscripta, partim verò  
ab aliis celeberrimis JCtis consignata, ex eorumque manuscriptis  
collectaneis eruta, hactenus adornavit.

CHRISTOPHORVS BESOLDVS, JC.

Cum Indice universali & locupletissimo.

*obversio herbarum  
que per orbem cum  
egregiis, opere  
et leuibus etiam  
elagatis p[ro]p[ter]a  
Francisco Barberi*



T U B I N G E,

Impensis JOHANN: GEORGII COTTA,

ANNO M. DC. LX.





RESPONSUM

*Dic.*

# SUCCESSIONE REGNI PORTU GALLIÆ, PRO PHILIPPO HISPANIARUM

Rege, Principum omnium potentissimo:

*Adversus Bononiensium, Paraviniorum, & Perusinorum Collegia.*

MICHAEL AB AGUIRRE J. U D. ET IN  
sacro Hispanorum Collegio Bononiae, Collega,

Auctore,

*In qua non solum plenè de Regnorum, sed diligenter quoq; differitur de successione scudorum, fideicommissariorum, emphyteusis & alium in genere similium.*

ILLUSTRISSIMO ATQUE  
EXCELLENTISSIMO,

Dn. JOANNI ASTUNICA, PRINCIPI  
PETRAE PERSIAE, MILITIAEQUE S. JACOBI  
in Castella supremo Commendatōti, & in Neapolitano Regno

Proregi, ac generali Ducī,

*Michael ab Aguirre J.C. & in sacro Hispanorum Collegio Bononiae  
Collega, S. P.D. ac felicitatem operat.*

**I**T sit emeritatis, audaciæque summæ, plurimis vi-  
deri posset, Excellentissime Princeps, & qui literis, &  
ingenio, & omni doctrinæ varietate prædicti sunt, velle nunc  
me neque ætate, neque ingenio, neque autoritate valen-  
tem, literiam cum tribus totius Italæ præclarissimis  
Collegiis contentionem assumere, tamque gravem & ar-  
duam provinciam suscipere, ut tot sapientissimis viris, pu-  
blicisque bonarum literarum professoribus repugnanti-  
bus, demonstrare velim utriusque juris studiosis, ad invictissimum, & potentissi-  
mum Philippum, Lusitanorum regnum omni iure pertinere: verum si præci-  
puum scopum mihi propositum, Veritatem (cujus mihi amor à natura insitus est)  
universæ Italæ patescendi, animadverterint, & vita rationum, gravitatemque  
ac multitudinem sapientissimorum authorum (quibus nostram sententiam vali-  
dissimè tueri nitor) perpenderint, neque temerè, neque arroganter, sive audacter  
nimis cum iisdem me contendisse, perspicuum omnibus fiet: quod cum & ipse al-  
tius mecum cogitarem, non solum incusum mihi animo timorem depuli, verum  
etiam vix apud me statuere potui, majoremne mihi voluptatem, an admiratio-

A

nem